Baczÿnski Terleckiemu Donat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesen[tibus] Castrensi[bus] Ex Copia
Capitanealibus Premyslien[sibus] N[obi]lis Alexander Baczynski Zig-
wiczowiczy olim N[obi]lis Wasio Baczynski, cum olim N[obi]li Pazia
Nanowska, olim N[obi]lis Demetrij Nanowski, cum olim N[obi]li Anna 121
Terlecka procreata filia progenitus filius. Sanus mente et cor-
pore existens, a Terris, Districtibus, Juribusq[ue] Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis
proprys et competentibus recedendo, praesen[ti] vero Castrensi Capitaneali
Premysliensi, quo ad actum praesen[tem] attinet, se cum Successoribus, ac bonis
suis gen[era]l[ite]r omnibus totaliter et plenarie iniciosfirmando ac subijciendo
palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona
sua propria et haereditaria, nempe totam et integram sortiun-
culam suam, quod et quanta se Recognoscenti erga N[obi]lem Wasil
Baczynski fratrem sui Recognoscentis germanum post fata matris
olim Nobilis Pasia Baczynska, praefati N[obi]lis Demetrij Nanowski
filiae Matris suae Jure divino et naturali Successione quo ad interesse
sui Recognoscentis tantummodo spectat, intermeras ab Una
Nobilis Hyacinthi Nanowski, ex altera Wasily Nanowski
in bonis Villae Terto Rosochy et Lubochow, Terra et Districtu
praesen[ti] Premysliensi iacen[tibus] et consisten[tibus], ibique legitime servit.
Cum omni praemissorum bonorum Jure, dominio, proprietate, haere-
ditate, omnibusq[ue] et singulis supradictorum bonorum Utilitatibusq[ue]
fructibusq[ue], proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obven-
tionibus, attinentijsq[ue] et pertinen[tiis] gen[era]l[ite]r Universis. Nihil ex
praemissis Juris, dominij, proprietatis, haereditatis, ac cuiusvis pro-
petentiae et praerogativae, pro se Recognoscente, suisq[ue] Successoribus, aut
quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa
omnia et singula ipsemet Recognoscenti venit, habuit et possidebat,
ipsumq[ue] concernebant, ac eidem legitime serviebant. Tamen prout
agris, pratis, campis, sylvis, pascuis, pascuarijs

et de facto Nobili Joanni Terlecki Malechowicz, eiusq[ue] #

posteris dedit, donavit, inscripsit et resignavit, prout dat, do-

nat, ac titulo puro, mero, ac irrevocabilis donationis inscribit

et resignat perpetuo et irrevocabiliter. In quae quidem bona

praesentibus per se Regnicolae donata, idem Supradictus Regnicola Alexander

Baczynski, supradicto Nobili Terlecki donatario suo, eiusque

posteris iam tempore ac de facto coram Officio praesenti dat et

admittit realem Intromissionem, eractualem, pacificamque

possessionem per Ministerialem quemcunq[ue] competentem. et Nobilis eius

die quacunq[ue] volent oppose acceptandam. Per ipsum Nobilem

Donatarium suum, eiusq[ue] posteris, bona eadem praesentibus per se

Regnicolae donata et resignata, cum universis eorum uti-

litatibus et usufructibus, competentiisq[ue] et pertinentiis quibus

tenendi, habendi, et possidendi, Illisq[ue] quiete et pacifice uti, fruendi

ac ad suos suorumq[ue] Successorum quosuis beneplacitos usus

fructusq[ue] libere et effectualiter convertendi, modo ac Iure he-

reditario perpetuisq[ue] et aeternis temporibus, irrevocabiliterq[ue]

Debebit, et tenebitur in ratus Recognoscens, prout se, ac suos Successores

in et super bonis suis quibuscumque omnibus, summisq[ue] quibusuis

pecuniis habitis et habendis, supradicto donatario suo, eiusq[ue] posteris

inscribit et obligat praesentibus, ipsum, et eius Successores in dictis

bonis, praesentibus per se Regnicolae donatis, praemissisq[ue] omnibus praesentibus

resignatis, et ratione eorumq[ue] omnium ab omni et quauis

impetitione iuridica quarumcunq[ue] personarum, cuiuscunq[ue]

Conditionis, Status et Sexus existant, contrarium eorundem

per omnes processus terres prout ad quamlibet personam

Terris spectat et pertinet, praesentibus, in omni Iudicio, et

foro Regni Tempore totes quoties opus fuerit tueri, de-

fendere, evincere, intercedere et eliberare, indemnemq[ue]

Nobilis Hyacinthi Terlecki filio

cum posteris reddere, necnon hac eadem bona praedicta per se Exponentem
donata, ab omnibus in genere Juribus et Inventionibus prioribus et
posterioribus super eadem bona donata, praemissaque omnia praedicta
resignata, cuicunque personae modo quovis factis et faciendis,
tum etiam a quibusvis Titulis in eadem bona praedicta donata im-
portatis et importandis, Juris denique et petitionibus, quaestionibus
Juris quibusvis, in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus
et in quovis Judicio et foro Regni obtentis et obtinendis, ac super
praemissis omnibus praedictis donatis modo quovis perductis et per-
ducendis emundare et liberare, mundaque et libera semper facere,
ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praedicto admissam
in fundo bonorum praefatorum praedictorum per te Regentem donatorum cum praesentem
et Nobiles duos officio se requiretur non denegare, imo debebit
et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, datamque
et admissam eandem possessionem et usumfructum praemissorum omnium
quovis modo tam per se, quam per suas quasvis submissas et
subordinatas personas non impedire nec adimere, ipsumque
Donatarium suum, et ipsius posteros in praemissis omnibus praedictis
donatis nullo modo inturbare, ita ut is idem suique donatarii
sui, eius cum posteris bona eadem praedicta donata cum universis
eorumque utilitatibus et usufructibus competentiaque et praerogativa
quaevis quiete et pacifice, Inter eius praedicta donato vigore
tenere, habere, et possidere queat, illisque uti frui possit perpetuis
et aeternis temporibus: Idque sub eisdem damnis Juribus simpliciter
absque corporali Juramento taxandis et edicendis, per eorum Regentem
suae eius successori praenominato Donatario suo, aut eius posteris
ob non complanationem praemissorum omnium et singulorum tamen praedictorum
in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis,
quibusque quidem damnis Juribus simpliciter absque corporali
Juramento taxandis et edicendis modo praedicto ad solvendum

succumbend, ac fere aliqua principali expromissione non completa complend, pariterque eorum uterque Recognoscens Nobilis Alexander Baczynski Luteaczowiat, sive eius posteri, ad instantiam praefati Nobilis Joannis Terlecki Maharowiat, et donatarii sui, sive ipsis succedentium ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, expune vel ex situ, quod ad reddendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, Summa praetacta Terna simpliciter taxata luero, In eorum hinc satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, Muntermum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera Infirmitate pro maiori minori evenutate succorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, vel aliis quibusquis dilationibus et legibus impedimentis non differendo, ad Quietationem utraque ... Officii praefati Castrensis Capitaneale Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Monitiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac promissa omnia pepris simplicibus vel triplicatis, cautionibus, suspensionibus, fatalibus iuris, protectione, Termino bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Jaskmanicki Janickim Coniugibus Cedit.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Jacobus Jaskmanicki, sanus mente et Corpore existens, a Terris, Debitis, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibus sunt propriis et competentibus recedendo, praesentibus vero Castrensis Capitaneale Premisliensis Jurisdictioni